



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 39. Cur naptizatorum capiti corona imponeretur, & à quibus imponi  
soleret.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

Gentilium more licentius inuestitus erat. <sup>Baptizato-</sup>  
 Deinde fieri potuit, vt Tertulliani ætate <sup>rum coro-</sup>  
 baptizatorum corona in vsu non esset, liani ætate <sup>na Tertul-</sup>  
 quia nec ipse, nec aliis, tibi æqualis, aut <sup>ianæ in vsu non</sup>  
 superior, eius meminit, verum postmodum <sup>erat.</sup>  
 ab Ecclesia adhiberi cœperit, sicut de pluribus  
 alijs cæremonijs, & ritibus actum esse. intel-  
 ligimus.

Cui baptizatorum capiti corona imponeretur, & à  
 quo illa imponi soleret.

## C A P. XXXIX.

Causa, cue  
 baptizatis

**M**ultis vero, & ijs quidem grauissimis darentur  
 rationibus adductam esse Ecclesiæ, cœ. corona.  
 sed, vt hanc consuetudinem non solum insti- <sup>Coronale.</sup>  
 tueret, sed etiam institutam diutius retine- <sup>tiae erat</sup>  
 ret. Primum enim maximè prouidēdum erat, a Virg. 1.  
 vt spiritalis lætitiae aliquod argumentum ex- <sup>Georg. O-</sup>  
 taret. Quod quidem facile ostendi posse vide- <sup>uid.li. 2. de</sup>  
 batur, si corona, quam in publicis conuiuijs <sup>rem.amor.</sup>  
 ac festis tam Christiani, quam Gentiles<sup>a</sup> ad- <sup>& li. 6. Falt.</sup>  
 hibent, baptizatorum capiti imponeretur. <sup>Iuuenal.</sup>  
 Præterea, cum pacem, & amicitiam corona <sup>Satyr. 9.</sup>  
 significaret, quemadmodum Cælius Rhodi- <sup>Clem Ale.</sup>  
 gius scribit, valde congruum SS. Patribus vi- <sup>2. Praed. c.</sup>  
 sum est, Dei pacem, & amicitiam, quam om- <sup>6 Tertul-</sup>  
 nes baptizati cum eo inibant, hoc symbolo <sup>de cor.mil.</sup>  
 demonstrare, <sup>b</sup> Permulti etiam sunt, qui, co- <sup>& S. Amb.</sup>  
 ronam benevolentia, & amoris indicem esse, <sup>in Hexam.</sup>  
 & diderint, quarè, vt bap. ex accepti benefic. amicitiam,

H h ij

recordatione in Dei amorem, & obseruan-

b. Athen. iam tota mente ferrentur, prudentissime in-  
lib. 15. ca 11. troductum est ab Ecclesia, vt statim post ba-  
s. Io. Chry- ptisma, coronam capite acciperent. Accedit  
stos. in E- ad alias rationes, quod baptizatus ad regium,  
pist. 1. ad Timoth. & & sacerdotale genus, Deique in primis leui-  
Mart. de tute, ac rerum omnium perfectionem eue-  
Roadereb. hitur. Quæ omnia significandi vim in corona  
singul. pag. positam esse, Cato de re milit. apud Gel. lib.  
304. 305. & 306. Coro- 7. cap. 8. Virgilius 7. Aeneid. Tertullianus de  
na amoris cor. mil. S. Cyprianus lib. de laps. & plures  
index. alij veteres scriptores docuerunt. Nec illud  
Corona prætereundum est, libertos olim, & mortuos  
dabatur re- coronari solitos fuisse: quorum primum ex  
gibus, & Plauto in Aulul. alterum ex Clemente Alex-  
sacerdoti- drino lib. 2. Pedag. cap. 8. Plinio lib. 21. cap.  
bus.

Liberti, & 5. & Minutio Felice in Octau. manifeste col-  
mortui o- ligitur. quare ex corona, baptizatis data, for-  
limcorona, tasce nobis indicate Patres voluerunt, per ba-  
bantur. ptismum homines è peregrinis Demonum  
Corona seruis, hominumque mancipijs Angelorum  
victoriae ciues, & domesticos Dei euadere, in eisque  
symbolum depravatas actiones, & omnem peccati for-  
erat.

omnium ad rem pertinet, excitandi erant ba-  
ptizati ad glorioſa pro Christi fide certamina:  
quæ vultius eorum animo insiderent, coro-  
nam, quæ victoriae symbolum est, illis dari,  
sapientissimo consilio Patres statuerunt. In  
quam sententiam clare S. Gregorius Nazian-  
zenus Orat. 23, in laudem Hieron. philos. scri-  
bit his verbis: ad es dum, coronis nostri te deuin-  
ciam, ac clara voce, non in media Olympia, ne-

in exiguo Gracia theatro, sed coram Deo, & An-  
geli, atque uniuerso Ecclesia cœtu victorem procla-  
mabo. Verum aliam quoque causam à S. Cyril-  
lo Hierosolymitano, & Seuero Alexandrino  
significatam esse, reor, ut æterna corona, quā  
magnus ille præmiorum largitor omnibus  
Christi relegionē sequentibus liberaliter pro-  
misit, baptizati, si eius fidei, quam suscep-  
tunt, aptè, & conuenienter vixissent, se do-  
nandos esse, intelligerent. Cyril. enim in pro-  
catech. hæc sunt verba: iam est beatitudinis odor  
in vobis O illuminati: iam spirituales colligitis flo-  
res ad plectendas cœlestes coronas. Seuerus autem  
lib. de bapt. sic ait: ipse dignos vos efficiat cœlesti  
regno suo, ac pro hac dissolubili corona coronet vos  
coronis iustitiae, & operibus bonis. Sunt & aliæ  
rationes, à SS. Patribus allatae, quas, si opus  
esse videbitur, lectors apud eorum monu-  
menta videre poterunt, nos enim ad ministrū  
qui coronam baptizatis imponebat, intento  
studio properamus: non quia vllus de eo du-  
bitandi locus esse possit: cum, Baptismi mi-  
nistrum cæremonias ipsius tractauisse, con-  
Episcopus Episcopum baptizatis  
coronam coronam  
stet: ex quo sequitur, Episcopum baptizatis  
coronam imposuisse, verum ut rem, genera-  
li probatione satis claram, singulare testimoni-  
a clariorem efficiant, duo autem in primis  
sese offerunt: alterum S. Gregorij Nazianze-  
ni orat. 23. in laudem Hieron. philos. in qua  
eius tarditatem, vel potius negligentiam sa-  
cri baptismatis suscipiendi coarguens, sic,  
inquit, adesdum, ad sacra hæc, & mensam hæc  
mysticam, atque ad me, qui per hæc sacram,

H h iij

854 De Antiq. Bapt. rit. ac Car.

Desicationis munus obco, propius accede: ad quas er-  
mo, & vita te adducunt, & purgatio ea, que per  
crucianus comparatur, adejdum, coronis nostris de-  
nunciam, alterum vero Seueri Alexandtini lib.  
de bapt. vbi certas ipsius ceremonias enumera-  
tans, haec habet, eleuant baptizatos ad altare eis-  
que dant mysteria, Eucharistiam, & fertis coronat  
eos sacerdos, priori enim loco S. Gregorius, qui  
in excelsa Episcopalis dignitatis sede collo-  
catus erat, se coronam præbiturum ait, altero  
vero sacerdotem, quod Episcopi erat nomine,  
eandem coronam impouere, mentio sit.

De precibus inter coronam imponendam recitari so-  
litis, quorum sumptibus emeretur, una non om-  
nibus, an singulæ singulis imponerent de mor-  
do, quo imponebatur, & materia ex qua consta-  
bat: deque eiusdem hac etate, usu, vel vestigio:  
& num sacerdotis precibus consecrati septuaginta  
diebus ferri, mox esset, vbi præterea de ipsius de-  
positione disputatur.

C A P. XL.

**A** Diungendæ vero sunt hoc loco preces,  
in corona imponenda recitari solita,  
quarum quia Seuerus Alexandrinus lib. de  
bapt. & Ordo baptismi secundum usum Ä-  
thiopum apertè meminerunt, non erimus in  
ijs referendis, vel probandis longiores. Illud  
solum admonere voluimus, preces, quas  
Episcopus ante, ac post coronæ impositio-